



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

Liber II. De Christi Iesu assumpta humana natura.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)



LIBER SECVNDVS.  
DE  
CHRISTI IESV  
ASSVMPA HVMA-  
NA NATVRA.

CAPVT I.

CHRISTI INCARNATIO IN SA-  
cris litteris promittitur.

**G**ENES. 3. 5. Inimicitias ponã inter te & mulie-  
rem. & semen tuũ & semẽ mulieris: ipsa conteret  
caput tuũ. & tu insidiaberis calcaneo eius. Ibid. cap.  
12. 3. Benedicam benedicientibus tibi, & maledicam  
maledicentibus tibi, atq; in te benedicentur vniuersæ  
cognationes terre. Cap. 17. 19. Et ait Deus ad  
Abraham. Sara uxor tua pariet tibi filium, voca-  
bisq; nomen eius Isaac, & constituam pactum meum  
illi in fœdus sempiternum & semini eius post eum.  
Vers. 21. Pactum verò meum statuam ad Isaac,  
quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero.  
Cap. 22. 16. 17. 18. Per me ipsum iurani dicit Domi-  
nus: quia fecisti banc rem, & non pepercisti filio tuo

E

vni-ge-



66 LIBER II. DE CHRISTI IESU

unigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas caeli, & velut arenam quae est in litore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum; & benedicetur in semine tuo omnes gentes terra: quia obedisti voci meae. Cap. 25. 14. 15. Eritque semen tuum quasi pulvis terra, dilataberis ad occidentem, & orientem, & septentrionem, & meridiem, & benedicentur in te, & in semine tuo cuncta tribus terra. Et ero custos tuus quocumque perrexeris, & reducam te in terram hanc, nec dimittam nisi complevero uniuersa quae dixi. Capit. 49. 10. 11. 12. Non auferetur scripturam de Iuda & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pallium suum, & ad vitem filii asinam suam. Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uuae pallium suum: pulchriores faciet oculi eius uino, & dentes eius lacte candidos. Num. 24. 17. 18. 19. Videbo eum, sed non modo, & timebor illum, sed non prope: Orietur stella ex Iacob, & consurget uirga de Israel, & percutiet duces Iacob, & vastabitque omnes filios Seth. Et erit Idumaea possessio eius: hereditas Seir cedit inimicis suis: Israel uero fortiter aget. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Deut. 18. 15. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabo tibi Dominus Deus tuus, ipsum audiet. Verf. 18. 19. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loquetur ad eos omnia quae praecepero illi.



qui autem verba eius qua loquetur in nomine meo  
 audire noluerit, ego ultor existam. 1. Reg. 2. 10.  
 Dominum formidabunt aduersarij eius, & super  
 ipsos in caelis tonabit: Dominus iudicabit fines ter-  
 ra, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu  
 Christi sui. Vers. 35. Et suscitabo mihi sacerdotem  
 fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis  
 diebus. 2. Reg. 7. 12. 13. Cumq; completi fuerint  
 dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo  
 semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo,  
 & firmabo regnum eius. Huc spectat totus peno  
 psalmus secundus. Psal. 21. 17. 18. 19. Quoniam  
 circumdederunt me canes multi, consilium mali-  
 gnantium obsedit me. Foderunt manus meas & pedes  
 meos: dinumerauerunt ossa mea. Ipsi vero confide-  
 rauerunt & inspexerunt in me: diuiserunt sibi ve-  
 stimenta mea, & super vestem meam miserunt sor-  
 rem. Psalm. 109. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Dixit Domi-  
 nus Domino meo sede a dextris meis: donec ponam  
 inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam  
 virtutis tuae mittet Dominus ex Sion: dominare in  
 medio inimicorum tuorum. Tecum principium  
 in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum:  
 ex utero ante Luciferum genui te. Iurauit Do-  
 minus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in  
 aeternum secundum ordinem Melchisedech. Do-  
 minus a dextris tuis, confregit in die ira sua reges.  
 Iudicabit in nationibus implebit ruinas: coquassabit  
 capita in terra multorum. De torrente in via bibet,  
 propterea exaltabit caput. Isa. 1. 3. Cognouit bos



possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui: Israël  
 autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.  
 Ibid. cap. 7. 14. 15. Propter hoc dabit Dominus  
 vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium,  
 & vocabitur nomē eius Emmanuel. Butyrum & mel  
 comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum.  
 Cap. 8. 3. 4. Et accessi ad prophetissam & concepit  
 & peperit filium. Et dixit Dominus ad me. Vo-  
 ca nomen eius accelera spolia detrahere, festina pro-  
 dari: Quia antequam sciat puer vocare patrem suum  
 & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spo-  
 lia Samaria corā rege Assyriorum. Cap. 9. 2. 3. 4.  
 6. 7. 8. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem  
 magnam: habitantibus in regione umbrae mortis  
 orta est eis. Multiplicasti gentem, & non mag-  
 casti latitiam. Letabuntur coram te, sicut qui-  
 tantur in messe, sicut exultant victores capta praedam  
 quando diuidunt spolia: Iugum enim oneris eius  
 virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius  
 rasti, sicut in die Madian: Quia omnis violenta  
 datio cum tumultu, & vestimentum mistum  
 guine, erit in combustionem, & cibus ignis. Parvulus  
 enim natus est nobis, & filius datus est nobis, &  
 etus est principatus super humerum eius; & voca-  
 tur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, pater  
 futuri seculi, princeps pacis. Multipli-  
 bitur eius imperium, & pacis non erit finis: super  
 lum David, & super regnum sedebit; ut confirmet  
 illud & corroboret in iudicio & iustitia, a modo  
 usq; in sempiternum: Zelus Domini Exercitus



faciet hoc. Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israël. Cap. II. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Egre-  
 dietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius  
 ascendet: & requiescet super eum Spiritus Domi-  
 ni, Spiritus sapientia & intellectus, Spiritus consi-  
 lii & fortitudinis, spiritus scientia & pietatis, & re-  
 plebit eum spiritus timoris Domini: non secundum  
 visionem oculorum iudicabit, neq; secundum audio-  
 rum aurium arguet: sed indicabit in iustitia paupe-  
 res, & arguet in aequitate pro mansuetis terra: & pere-  
 cutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suo-  
 rum interficiet impium, & erit iustitia cingulum  
 lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Ha-  
 bitabit lupus cum Agno & pardus cum hado accu-  
 babit: Vitulus & leo, & ovis simul morabuntur, &  
 puer paruulus minabit eos. Vitulus & ursus pascen-  
 tur, simul requiescent catuli eorum, & leo quasi bos  
 comedet paleas. Et delectabitur infans ab ubere su-  
 per foramine aspidis, & in cauerna reguli, qui abla-  
 ctatus fuerit; manum suam mittet. Non nocebunt  
 & non occident in vniuerso monte sancto meo: quia  
 repleta est terra scientia Domini: sicut aqua maris  
 operientis. In die illa radix Iesse, qui stat in signum  
 populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit se-  
 pulchrum eius gloriosum. Cap. 28. 16. 17. Ecce ego  
 mittam in fundamentis Sion lapidē, lapidem proba-  
 tum, angularem, pretiosum, in fundamento funda-  
 tum: Qui crediderit, non festinet, & ponam in pon-  
 dere iudicium, & iustitiam in mensura: & subuertet  
 grando spem mendacij, & protectionem aque in-



70 LIBER II. DE CHRISTI IESU  
undabunt. Capit. 40. 8. 9. 10. 11. Exsiccatum est  
fœnum & cecidit flos: verbum autem Domini nostrum  
manet in eternum. Super montem excelsum ascendet  
tu, qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine tua  
vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem: exalta nol  
timere, dic civitatibus Iuda: Ecce Deus noster, ecce  
Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium  
eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus  
alius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet, &  
brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit  
foetas ipse portabit. Capit. 42. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Ec  
ce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, compl  
sunt sibi in illo anima mea: dedi Spiritum meum  
super eum, iudicium gentibus proferet. Non  
enabit, neque accipiet personam, nec audietur vox  
foris. Calamum quassatum non conteret, & lignu  
fumigans non exstinguet: in veritate educet  
cium: & legem eius insula expectabunt. Hæc  
Dominus Deus creans celos, & extendens eos, firmans  
terram, & que germinant in ea, dans flatum populo  
qui est super eam, & spiritum calcantibus eam. E  
Dominus vocavi te in iustitia, & apprehendi  
num tuam, & seruavi te, & dedi te in fœdus populo  
& lucem gentium. Vt aperires oculos cæcorum, &  
duceres de conclusione vinctum, de domo carceru  
dentes in tenebris. Ego Dominus, hoc est nomen  
meum gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam  
sculptilibus. Capit. 45. 1. 2. 3. Hæc dicit Dominus  
Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, & i  
iyciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam  
& aperiam coram eo ianuam & porta non claudent



Ego ante te ibo, & gloriosos terra humiliabo: portas  
 areas conteram, & velleas ferreas confringam, & dabo  
 tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: ut  
 scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus  
 Israël. Cap. 49, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.  
 Audite insula & attendite populi de longe: Dominus  
 ab utero vocavit me, de ventre matris meae recordatus  
 est nominis mei: & posuit os meum quasi gladium acu-  
 tum in umbra manus suae protexit me, & posuit me  
 sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me.  
 Et dixit mihi, Servus meus es tu Israël, quia in te glo-  
 rificabor. Et ego dixi: In vacuum laboravi sine causa,  
 & vanè fortitudinem meam consumpsi: ergo iudicium  
 meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo. Et  
 nunc dicit Dominus, formans me ex utero servum sibi,  
 ut reducam Iacob ad eum, & Israël non congregabitur:  
 & glorificatus sum in oculis Domini, & Deus  
 meus factus est fortitudo mea. Et dixit, Parum est, ut  
 sis mihi servus ad suscitandum Iacob, & feces  
 Israël convertendas. Ecce deus in lucem gentium, ut sis  
 salus usque ad extremum terrae. Hec dicit Dominus re-  
 deptor Israël, sanctus eius, ad contemptibilem animam,  
 ad abominatam gentem, ad servum dominorum. Reges vie-  
 debunt, & consurgent principes, & adorabunt propter  
 Dominum: quia fidelis est, & sanctum Israël, qui elegit te.  
 Hec dicit Dominus, in tempore placito exaudivi te,  
 & in die salutis auxiliatus sum tui, & servavi te &  
 dedi te in foedus populi, ut suscitares terram & pos-  
 sideres hereditates dissipatas: ut diceres his qui vin-  
 ti sunt, exite. Et his qui in tenebris, reuelamini.



Super vias pascuntur, & in omnibus planis pascua eorum: Non esurient neque sitient, & non percutiet eos aestus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam & semita mea exaltabuntur. Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra australi. Laudate cali & exultate terra, iubilare montes laudem: quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserabitur. Capit. 50. 6. 7. 8. Corpus meum dedi percutientibus & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam, & scio quoniam non confundar: Iuxta me qui iustificat me. Quis contradicet mihi? Stemmum, quis est aduersarius meus? accedat ad me. Capit. 52. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium & videbunt omnes fines terra salutare Dei nostri. Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius: mundamini qui fertis uasculum Domini. Quoniam non in tumultu exhibitis, nec in fuga properabitis. Præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israël. Ecce intelliget seruum meus, exaltabitur & eleuabitur & sublimis erit ualde. Sicut obstupuerunt super te multi: sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum: quia quibus non est narratum



de eo, viderunt: & qui non audierunt, contēplati sūnt.  
 Capit. 53. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Quis  
 crediat auditui nostro? Et brachium Domini cui  
 reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram  
 eo, & sicut radix de terra sitienti, non est species ei,  
 neq; decor, & vidimus eum, & non erat aspectus: &  
 desiderauimus eum: despectum & nouissimum viro-  
 rum, virum dolorum & scientem infirmitatem: &  
 quasi absconditus vultus eius, & despectus: unde neo  
 reputauimus eum. Verè languores nostros ipse tulit,  
 & dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus  
 eum quasi leprosum, & percussum a Deo & humiliat-  
 um. Ipse enim vulneratus est propter iniquitates  
 nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina  
 pacis nostra super eum, & luore eius sanati sumus.  
 Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisq; in viam  
 suam declinauit: & posuit in eo Dominus iniquita-  
 tem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit,  
 & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem duce-  
 tur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, &  
 non aperiet os suum. De angustia & de iudicio subla-  
 tus est: generationem eius quis enarrabit? quia ab-  
 scissus est de terra viventium. Propter scelus popu-  
 li mei percussus eum. Et dabit impios pro sepultura,  
 & diuites pro morte sua: eo quod iniquitatem non fe-  
 cerit, neq; dolus fuerit in ore eius. Et Dominus vol-  
 luit contere eum in infirmitate. Si posuerit pro pece-  
 cato animam suam videbit semen longeuum, & vo-  
 luntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod  
 laborauit anima eius, videbit & saturabitur. In

E s sciens



sciētia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos,  
 & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo disperdiam  
 ei plurimos. & fortium diuidet spolia: pro eo quod tra-  
 didit in mortem animam suam, & cum sceleratis re-  
 putatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro  
 transgressoribus rogauit. Cap. 59. 19. 20. 21. Et time-  
 bunt qui ab occidente, nomen Domini. & qui ab ortu  
 solis, gloriam eius: Cum uenerit quasi fluius violentus,  
 quem spiritus Domini cogit: Et uenerit Sion re-  
 demptor, & eis, qui redeunt ab iniquitate in Iacob, di-  
 cit Dominus, Hoc fœdus meum cum eis, dicit Domi-  
 nus: Spiritus meus qui est in te, & uerba mea que pos-  
 sui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore semi-  
 nis tui, dicit Dominus, a modo & usq; in sempiternum.  
 Cap. 60. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.  
 16. 17. 18. 19. 20. Surge illuminare Ierusalem; quia ue-  
 nit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.  
 Quia ecce tenebra operient terram, & caligo populo.  
 Super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te  
 videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, &  
 reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu ocu-  
 los tuos, & uide, omnes isti congregati sunt, uenerunt  
 tibi: filij tui de longe uenient, & filia tue de latere sur-  
 gent. Tunc uidebis & afflues, mirabitur & dilatabitur  
 cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo  
 maris, fortitudo gentium uenerit tibi: Inundatio ca-  
 melorum operiet te: dromedarij, Madian & Ephai.  
 Omnes de Saba uenient, aurum & thus deferentes,  
 & laudem Domino annunciantes. Omne pecus Cedar  
 congregabitur tibi: arctos Nabatich ministrabit



tibi offerentur super placabili altari meo. & domum  
 maiestatis meae glorificabo. Qui sunt isti, qui ut nu-  
 bes volant & quasi columbae ad fenestras suas? Me  
 enim insulae expectant, & naues maris in principio:  
 ut adducam filios tuos de longe. Argentum eorum, &  
 aurum eorum cum eis novum Domini Dei tui, & sanc-  
 to Israëli, quia glorificavit te, & edificabunt filii pere-  
 grinorum muros tuos, & reges eorum ministra-  
 bunt tibi in indignatione enim mea percussisti te: & in  
 reconciliatione mea misertus sum tui. Et aperietur  
 portae tuae iugiter; die ac nocte non claudetur, ut affe-  
 ratur ad te fortitudo gentium, & reges earum addu-  
 cantur. Gens enim & regnum quod non servierit tibi,  
 peribit: & gentes solitudine vastabuntur. Gloria Li-  
 bani ad te veniet, abies & buxus, & pinus simul ad-  
 ornandum locum sanctificationis meae, & locum pe-  
 dum meorum glorificabo. Et veniet ad te curvi filii eor-  
 um qui humiliaverunt te, & adorabunt vestigia  
 pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, & vo-  
 cabunt te civitatem Domini Sion sancti Israëli.  
 Pro eo quod fuisi derelicta & odio habitata, & non  
 erat qui per te transiret, ponam te in superbiam  
 saeculorum gaudium in generationem & generatio-  
 nem. Et suges lac gentium, & mamilla regum  
 lactaberis: & scies quia ego Dominus saluans te,  
 & redemptor tuus fortis Iacob. Pro aere affe-  
 ram aurum, & pro ferro afferam argentum: &  
 pro lignis aes, & pro lapidibus ferrum, & po-  
 nam visitationem tuam pacem, & praepositos tuos  
 iustitiam. Non audietur ultra iniquitas in terra



tua: vastitas & contritio in terminis tuis, & occupa-  
 bit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non  
 erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splen-  
 dor lune illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem  
 sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.  
 Non occidet ultra sol tuus, & luna tua non minue-  
 tur: quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam,  
 & complebuntur dies luctus tui. Cap. 62. II. 12. Ec-  
 ce Dominus auditum fecit in extremis terra, dicite  
 filia Sion: ecce saluator tuus venit, ecce merces eius  
 cum eo, & opus eius coram illo. Et vocabunt eos po-  
 pulus sanctus, redempti à Domino. Tu autem voca-  
 beris quasita ciuitas, & non derelicta. Ierem. 23. 3.  
 4. 5. 6. 7. 8. Et ego congregabo reliquias gregis mei  
 de omnib<sup>9</sup> terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuer-  
 tos eos ad rura sua, & crescent & multiplicabuntur. Et  
 suscitabo super eos pastores & pascent eos, non formi-  
 dabunt ultra, & non pauebunt: & nullus quareta  
 ex numero, dicit Dominus. Ecce dies veniunt &  
 suscitabo David germen iustum: & regnabit rex, &  
 sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra.  
 In diebus illis saluabitur Iuda & Israël habitabit  
 confidenter, & hoc est nomen quod vocabunt eum,  
 Dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies ve-  
 niunt, dicit Dominus, & non dicent ultra: uenit Do-  
 minus, qui eduxit filios Israël de terra Egypti; sed  
 uenit Dominus, qui eduxit & adduxit semen domus  
 Israël de terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad  
 quas eieceram eos illuc, & habitabunt in terra sua.  
 Ibid. cap. 30. 9. Sed seruiens Domino Deo suo, &  
 David



David regi suo, quem suscitabo eis. Cap. 33. 15. 16.  
 In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam  
 David germen iustitia, & faciet iudicium & iusti-  
 tiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda & Ieruo-  
 salem habitabit confidenter, & hoc est nomē quod vo-  
 cabunt eum, Dominus iustus noster. Vers. 20. 21. 22.  
 Hec dicit Dominus: Si irritū potest fieri pactum meū  
 cum die, & pactum meū cum nocte, ut non sit dies &  
 nox in tempore suo: & pactū meum irritū esse poterit  
 cum David seruo meo, ut nō sit ex eo filius qui regnet  
 in throno eius, & Leuita & sacerdotes ministri mei.  
 Sicuti enumerari non possunt stella celi, & metiri a-  
 rena maris: sic multiplicabo semen David serui mei,  
 & Leuitas ministros meos. Vers. 25. 26. Hec dicit  
 Dominus: Si pactum meum inter diem & noctem, &  
 leges celo & terra non posui: equidem & semen Iacob  
 & David serui mei proyiciam, ut non assumam de  
 semine eius principes seminis Abraham, Isaac, &  
 Iacob: Reducam enim conuersionem eorum, &  
 miserebor eis. Ezech. 17. 22. 23. 24. Hec dicit Do-  
 minus Deus: & sumam ego de medulla cedri subli-  
 mis, & ponam: de vertice ramorum eius tenerum di-  
 stringam, & plantabo super montem excelsum & e-  
 minentem. In monte sublimi Irael plantabo illud,  
 & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in  
 cedrum magnam, & habitabunt sub ea omnes volu-  
 cres, & vniuersum volatile sub umbra frondium eius  
 nidificabit. Et scient omnia ligna regionis, quia ego  
 Dominus humiliavi lignum sublime, & exaltaui li-  
 gnum humile: & siccaui lignum viride, & frondere



feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, & feci. Ibid. capit. 34. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Propterea pastores audite verbum Domini: Hac dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in esum: quia hac dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse requirā oves meas, & visitabo eas; sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ovium suorum dissipatarum: sic visitabo oves meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersa fuerant in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam, & pascam eas in montibus Israël, in rivis, & in cunctis sedibus terre, in pascuis uberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israël erunt pascua eorum: ibi requiescent in herbis virulentibus, & in pascuis pinguibus pascuntur super montes Israël. Ego pascam oves meas, & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. Quod perierat requiram, & quod abiectum erat, reducam, & quod contractum fuerat, alligabo, & quod infirmum fuerat, consolidabo, & quod pingue & forte custodiam, & pascam illas in iudicio. Sic vers. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. Et suscitabo super eas pastorem unum, qui pascat eas, servum meum David, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum, & servus meus David princeps



in medio eorum, ego Dominus locutus sum. Et faciam  
 cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimi-  
 mas de terra, & qui habitant in deserto securi dor-  
 mient in saltibus. Et ponam eos in circuitu collis meae  
 benedictionem, & deducam imbrem in tempore suo,  
 & pluuia benedictionis erunt, & dabit lignum agri  
 fructum suum, & terra dabit germen suum, & erunt  
 in terra sua absq; timore, & scient quia ego Dominus,  
 cum contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de  
 manu imperantium sibi, & non erunt ultra in rapi-  
 nam in gentibus, neq; bestiae terra deuorabunt eos: sed  
 habitabunt confidenter absq; ullo terrore, & suscita-  
 bo eis germen nominatum, & non erunt ultra immi-  
 nuti fame in terra, neq; portabunt ultra opprobrium  
 gentium. Et scient quia Dominus Deus eorum cum  
 eis, & ipsi populus meus domus Israël: ait Dominus  
 Deus. Vos autem greges mei, greges pascuae meae, ho-  
 mines estis, & ego Dominus Deus uester, dicit Domi-  
 nus Deus. Cap. 37. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Neq; pol-  
 luentur ultra in idolis suis, & abominationibus suis,  
 & cunctis iniquitatibus suis: & saluos eos faciam de  
 uniuersis sedibus, in quibus peccauerunt, & emundabo  
 eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus. Et ser-  
 uus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit  
 omnium eorum, in iudicijs meis ambulabunt, & man-  
 data mea custodient, & facient ea. Et habitabunt  
 super terram, quam dedi seruo meo Iacob, in qua ha-  
 bitauerunt patres uestri, & habitabunt super eam ipsi,  
 & filij eorū, & filij filiorum eorū vsq; in sempiternū.  
 Et Dauid seruus meus princeps eorū in perpetū. Et

percu-



percutiã illis fœdus pacis, pactũ sempiternũ erit eis;  
 & fundabo eos; & multiplicabo, & dabo sanctificatio-  
 nem meam in medio eorum vsq; in perpetuum.  
 Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis Deus, &  
 ipsi erunt mihi populus. Et scient gentes quia ego  
 Dominus sanctificator Israël, cùm fuerit sanctifica-  
 tio mea in medio eorum in perpetuum. Dan. 7. 13.  
 14. 15. *Aspiciebam ergo in visione noctis: & ecce cum  
 nubibus cali quasi filius hominis veniebat; & vsq; ad  
 antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius ob-  
 tulerunt eum. Et dedit ei potestatem & honorem,  
 & regnum, & omnes populi, tribus & lingua ipsi ser-  
 uient: potestas eius potestas aeterna, quæ non aufe-  
 retur: & regnum eius, quod non corrumpetur. Ha-  
 ruit Spiritus meus, ego Daniel territus sum in his  
 visiones capitis mei conturbauerunt me. Ibid. cap.  
 23. 24. 25. 26. 27. Ab exordio precum tuarum  
 ingressus est sermo: ego autem veni ut indicarem  
 quia vir desideriorum es; tu ergo animaduerte  
 monem & intellige visionem. Septuaginta heb-  
 domades abbreviate sunt super populum tuum, &  
 per urbem sanctam tuam, ut consummetur prau-  
 ricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur in-  
 quitas, & adducatur iustitia sempiterna, & implea-  
 tur visio & prophetia, & ungetur Sãctus sanctorum.  
 Scito ergo & animaduerte: ab exitu sermonis, ut ite-  
 rum adificetur Ierusalem, vsq; ad Christum ducentis  
 hebdomades septem, & hebdomades sexaginta du-  
 centis; & rursum adificabitur platea, & muri in an-  
 gustia temporum. Et post hebdomades sexaginta*



Quas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui  
 eum negaturus est. Et ciuitatem, & sanctuarium  
 dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius  
 vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confir-  
 mabit autem pactum multis hebdomada vna, & in  
 dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium,  
 & erit in templo abominatio desolationis, & vsq; ad  
 consummationem & finem perseverabit desolatio.  
 Mich. 5. 1. 2. 3. 4. 5. Nunc vastaberis filia latronis,  
 obsidionem posuerunt super nos, in virga percutiend  
 maxillam iudicis Israel. Et tu Bethlehem Epira-  
 ta paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredie-  
 tur, qui sit Dominator in Israël, & egressus eius ab  
 initio, a diebus aternitatis. Propter hoc dabit eos  
 vsq; ad tempus, in quo parturiens pariet & reliquie  
 fratrum eius conuertentur ad filios Israël, Et stabit,  
 & pascet in fortitudine Domini, in sublimitate no-  
 minis Domini Dei sui, & conuertentur, quia nunc  
 magnificabitur vsq; ad terminos terra. Et erit iste  
 pax: cum venerit Assyrius in terram nostram, &  
 quando calcauerit in domibus nostris, & suscitabi-  
 mus super eum septem pastores, & octo primates  
 homines. Aggæi. 2. 8. 9. 10. Et mouebo omnes gen-  
 tes, & veniet desideratus cunctis gentibus: & imple-  
 bo domum istam gloria, dicit Dominus Exercituum.  
 Meum est argentum, & meum est aurum, dicit  
 Dominus Exercituum. Magna erit gloria domus  
 istius nouissime plus quam prime, dicit Dominus  
 Exercituum, & in loco isto dabo pacem, dicit Domi-  
 nus Exercituum. Zachar. 2. 10. 11. 12. 13. Lauda,



& letare filia Sion : quia ecce ego venio, & habitabo  
 in medio tui, ait Dominus. Et applicabuntur geni-  
 tes multa ad Dominum in die illa, & erunt mihi in po-  
 pulum, & habitabo in medio tui, & scies quia Domi-  
 nus Exercituum misit me ad te. Et possidebit Domi-  
 nus Iudam partem suam in terra sanctificata: & eli-  
 get adhuc Ierusalem. Sileat omnis caro a facie Do-  
 mini: quia cōsurrexit de habitaculo sancto suo. Ibid.  
 cap. 3. 8. 9. Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici  
 tui, qui habitant coram te : quia viri portendentes  
 sunt: ecce enim ego ADDUCAM SERVVM MEVM  
 ORIENTEM. Quia ecce lapis, quem dedi coram le-  
 su: super lapidem unum septem oculi sunt. Ecce ego  
 calabo sculpturam eius, ait Dominus Exercituum.  
 & auferam iniquitatem terra illius in die una. Cap.  
 9. 9. 10. 11. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ieru-  
 salem: Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluat oppre-  
 ssum, & ascendens super asinam, & super pascuum  
 filiam asinae. Et disperdam quadrigam ex Ephraim,  
 & equum de Ierusalem, & dissipabitur arcus bel-  
 licus, & loquetur pacem gentibus, & potestas eius a mare  
 usque ad mare, & a fluminibus usque ad fines terra. Tu  
 quoque in sanguine testamenti tui emisisti vincitos tuos  
 de lacu, in quo non est aqua. Vers. 15. 16. 17. Do-  
 minus Exercituum proteget eos, & deuorabunt eos  
 subycient lapidibus funda: & bibentes inebriabuntur  
 quasi a vino, & replebuntur ut phiala, & quasi cor-  
 nua altaris. Et saluabit eos Dominus Deus eorum  
 in die illa, ut gregem populi sui: quia lapides sancti  
 etiam eleuabuntur super terram eius. Capit. 12. 10.



11. 12. Et effundam super domum David, & super habitatores Ierusalem Spiritum gratia & precam; & aspicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super unigenitum, & dolent super eum: ut doleri solet in morte primogeniti.

In die illa magnus erit planctus in Ierusalem, sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon. Et plangent terra, familia & familia seorsum, familia Domus David seorsum, & cætera. Malach. 1. 10. 11. Quis est in vobis, qui claudat ostia, & intendat altare meum gratuito? non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus Exercituum; & munus non suscipiam de manu vestra: ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus. Et in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus Exercituum. Ibidem capit. 3. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Ecce ego mitto angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos quaritis, & angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus Exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? Ipse eum quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum; & sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Levi. Et colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalẽ sicut dies sacrosancti, & sicut anni antiqui. Et accedat ad vos in iudicio,



& erotes velox maleficis & adulteris & periu-  
 & qui calumniantur mercedem mercenarij, viduas  
 & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt  
 me, dicit Dominus Exercituum. Ego enim Domi-  
 nus, & non mutor; & vos filij Iacob non estis con-  
 sumpti. Vide etiam sequens caput secundum,  
 & tertium.

## CAPVT II.

De matre Messie propositiones due.

## PROPOSITIO I.

**M**Ater Christi Maria debuit concipi sine  
 macula; est enim arca Domini ex lignis  
 incomputribilibus. Exod. 25. 10. 11. Arcam  
 lignis setim compingite, cuius longitudo habeat  
 & semis cubitos, latitudo, cubitum & dimidium  
 altitudo, cubitum similiter ac semissem. Et  
 rabis eam auro mundissimo intus & foris, fac  
 supra coronam auream per circuitum. Thronus  
 Salomonis ex ebore candidissimo. 3. Reg.  
 18. 19. Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebore  
 grandem: & vestiuit eam auro fuluo nimis, qui  
 bebat sex gradus, & summitas throni rotunda erat  
 parte posteriori, & dua manus hinc atq; inde tenen-  
 tes sedile; & duo leones stabant iuxta manus singu-  
 las. Domus est a sapientia summa edificata  
 Prou. 9. 1. Sapientia edificauit sibi domum, excelsas  
 columnas septem. Tabernaculum Domini quod  
 sanctificauit altissimus. Psalm. 45. 5. Flumen  
 inopertus latificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum



maculum suum Altissimus. Domus est Dei quam decet sanctitudo. Psal. 92. 5. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum. Tota pulchra est in qua non est macula. Cant. 4. 1. Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es? Oculi tui columbarum, absq; eo quod intrinsecus latet. Capillis tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad, Vers. 7. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Quæ omniū filiarum diuitias supergressa est. Prou. 31. 29. Multæ filie congregauerunt diuitias: tu supergressa es uniuersas. Cuius de sentio in plenitudine sanctorum. Eccl. 24. 16. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum de sentio mea. Cui non ad mensuram Deus dedit spiritum. Ioan. 3. 34. Quem enim misit Deus, uerba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Et sicut Rex Assyriorum non potuit expugnare ciuitatē Ierosolymī tanā, ita nec peccatū B. Virginem, Isaia. 37. 33. 34. 35. Propterea hæc dicit Dominus de Rege Assyriorum. Non intrabit ciuitatem hanc, & non faciet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem. In uia qua uenit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus; & protegam ciuitatem istam, ut saluem eam propter me, & propter Dauid seruum meum. Vnde conteret caput serpentis. Gen. 3. 14. 15. Et ait Dominus Deus ad serpentem, quia fecisti hoc, maledictus



es inter omnia animantia, & bestias terra: super  
 pedas tuum gradieris & terram comedes cunctis  
 diebus vite tue. Inimicitias ponam inter te & mulie-  
 rem, & semen tuum & semen illius: ipsa conteret ca-  
 put tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Lili-  
 um est inter spinas. Cant. 2. 12. Ego flos campi & li-  
 lum conuallium: sicut lili-um inter spinas, sic amica  
 mea inter filias. Quam Dominus. Prou. 8. 22. pos-  
 sedit initio viarum suarum antequam quicquam fa-  
 ceret a principio. Ab aeterno ordinata est. & ex anti-  
 quis, antequam terra fieret. Mater est pulchrae di-  
 lectionis. Eccl. 24. 24. 25. 26. Ego mater pulchrae  
 dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sancta spes.  
 In me gratia omnis via & veritatis, in me omnis  
 spes vite & virtutis. Transite ad me omnes qui  
 cupiscitis me, & a generationibus meis implemini.  
 Quam elegit ante mundi constitutionem  
 esset sancta & immaculata in conspectu  
 Ephes. 1. 3. 4. Benedictus Deus & pater Domini  
 nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni  
 benedictione spirituali in caelestibus in Christo, sed  
 elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut  
 sancti & immaculati in conspectu eius in ver-  
 itate. Denique homo natus in ea & ipse fun-  
 dauit eam Altissimus. Psalm. 86. 5.

Nunquid Sion dicet; homo, &  
 homo natus est in ea: &  
 ipse fundauit eam Al-  
 tissimus?

\* \* \*

PROP



## PROPOSITIO II.

B. Virgo debuit nasci tota pura & innocens.

**V**T Eua, data primo Adamo in sociã, à Deo ipso ex Adami costa, formata fuit. Gen. 2. 21. 22. 23. *Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumq; obdormisset, tulit vnã de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et edificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Dixitq; Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est. Et hanc haud dubio Anna mater eius sterilis, suis orationibus impetrauit, vt Anna mater Samuëlis. 1. Reg. 1. 9. 10. 11. Quæ iam progreditur in mundum, pulchra vt luna. Cant. 6. 9. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Vt stella ex Iacob. Numeror. 24. 17. 18. Et consurget virga de Israël, & percutiet duces Moab, vastabitq; omnes filios Seih. Et erit Idumæa possessio eius: hereditas Seir cedet inimicis suis, Israël vero fortiter aget. Vt Virga de radice Iesse. Isai. 11. 1. 2. Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini. Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & repleuit eum Spiritus timoris Domini.**



88 LIBER II. DE CHRISTI IESU  
CAPVT III.

Debit & eadem Patri cælesti à teneris annis  
in templo presentari.

**I**Dq; non minus quam regi Assuero Esther,  
quæ cæteras pulchritudine præcellebat. E-  
sther. 2. 16. 17. 18. *Ducta est itaque ad cubi-  
culum regis Assueri mense decimo, qui vocatur  
Tebeth, septimo anno regni eius. Et adamans-  
eam rex plus quam omnes mulieres, habuitq; gra-  
tiam & misericordiam coram eo super omnes mulie-  
res, & posuit diadema regni in capite eius, fecitq;  
eam regnare in loco Vasthi. Et iussit conuiuium  
preparari permagnificum cunctis principibus, & ser-  
uis suis pro coniunctione, & nuptijs Esther. Et da-  
dit requiem vniuersis provincijs, ac dona largitus est  
iuxta magnificentiam principalem. Et vt Samuel  
filius Annæ, offertur Domino ab lactatus à ma-  
tre. 1. Reg. 1. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Ita & hæc pre-  
sentata, vt in habitatione sancta illi ministrata.  
Eccl. 24. 14. *Ab initio, & ante secula creata sum  
& vsq; ad futurum seculum non desinam, & in habi-  
tatione sancta coram ipso ministraui. Psalm. 44.  
9. 10. 11. Filia regum in honore tuo. Astitit regina  
à dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata va-  
rietate. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam  
& obliuiscere populum tuum, & domum patris  
tui. Verl. 14. 15. Omnis gloria eius filia  
regis ab intus, in simbris aureis  
circumamicta varietatibus.**

\* \* \*

CAPVT



## CAPVT IV.

*Multis alijs virtutibus exornata fuit.*

**Q**Varum varietate circumdata fuit. Psal. 44.  
10. præcipuè verò sequentibus.

Primò. Fide. Prou. 31. 18. *Gustavit, & vidit  
quia bona est negotiatio eius: non extinguetur in no-  
cte lucerna eius, fidei scilicet. Luc. 1. 38. Dixit au-  
tem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secun-  
dum verbum tuum. Vers. 45. Et beata qua credidisti:  
quoniam perficientur ea, qua dicta sunt tibi à  
Domino. Ioan. 2. 5. Dicit mater eius ministris,  
quodcumq; dixerit vobis, facite.*

II. Spe. Eccl. 24. 24. *Ego mater pulchra di-  
lectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. Ioan.  
2. 5. vt in præcedenti de fide.*

III. Charitate. Eccles. 24. 24. vt in præce-  
denti membro de spe. Luc. 1. 36. *Et ecce Elisa-  
berh cognata tua. & ipsa concepit filium in senectute  
sua; & hic mensis est sextus illi, qua vocatur sterilis.  
& cæt. vers. 39. 40. 41. Exurgens autem Ma-  
ria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione,  
in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zacharie,  
& salutauit Elizabeth, cum qua & tandem men-  
sibus tribus mansit. vers. 56. Ibid, cap. 2. 7. Et  
peperit filium suum primogenitum, & pannis eum in-  
uoluit, & reclinauit eum in praesepio: quia non erat  
eis locus in diuersorio. Ioan. 2. 3. Et deficiente vino,  
dicit Mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Ioan.  
19. 25. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius  
& soror matris eius, & Maria Cleopha, & Maria*

F 5

Mag.



*Magdalena.*

IIII. Castitate & perpetua virginitate.  
 Cant. 4. 7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Ibid. 6. 9. *Qua est ista que progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?* Hai. III. 1. *Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Vide etiam cap. 35. 1. 2. Cap. 66. 7. *Antequam parturiet, peperit, antequam veniret partus eius, peperit masculum.* Ezech. 44. 2. *Et dixit Dominus ad me: porta haec clausa erit, non aperietur, & vir non transibit per eam; quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi.* Matth. 1. 20. *Hac autem eo cogitante, Ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est.* Luc. 1. 34. 35. *Dixit autem Maria ad Angelum: quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Et respondens Angelus, dixit ei: *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Eadem colligitur ex Aaronis virga, rubo incombusto, tabernaculo in sole, vellere Gedeonis, lapide absicisso sine manibus, de quibus sequenti capite quinto. Ex eius item pulchritudine de qua infra membro 16.

V. Benignitate, cum salutat Elizabeth.  
 Luc. 1. 40. *Et intravit in domum Zachariae, & salutavit eam.*



*lutant Elizabeth, vt supra membro tertio.*

**VI.** Electa. Cant. 6. 8. 9. *Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suae, electa genitrici suae. Viderunt eam filiae, & beatissimam predicauerunt, regina & concubina laudauerunt eam. Quae est ista: quae progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?*

**VII.** Fuit fortis. Prou. 31. 10. *Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de ultimis finibus pretium eius. Sic Ioan. 19. 25. vt membro. 3. Stat iuxta crucem CHRISTO patiente, cum doloris gladius animam eius iuxta vaticinium Simeonis. Luc. 2. 35. pertransiuit. Quo etiam spectat. Cant. 4. 3. 16. 3. 9. 17. 1. 2. vt infra membro 16.*

**VIII.** Humilis. Luc. 1. 38. *Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, & discessit ab illa Angelus. Veri. 48. Quia respexit humilitatem ancilla suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

**IX.** Misericors. Ioan. 2. 3. *Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. quae & Dei misericordiam praedicat. Luc. 1. 50. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.*

**X.** Modesta. Vide humilitatem. memb. 8.

**XI.** Debuit esse tota virtutum fragrantia Odorifera. Cant. 3. 6. *Quae est ista, quae ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhae & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?*  
Ibid.



Ibid. cap. 4. 10. 11. *Quam pulchra sunt mammae tuae, soror mea sponsa? pulchriora sunt ubera tua vino, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Favus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua; & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.* Vers. 13. 14. *Emissiones tuae paradysus malorum punicorum cum pomorum fructibus, cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus primis unguentis.* Capit. 7. 8. *Dixi: ascendam in palmam & apprehendam fructus eius, & erunt ubera tua sicut borri vineae, & odor oris tui sicut malorum.* Eccl. 24. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. *Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa, dedi suauitatem odoris, & quasi storax & galbanus, & unguis & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam, & quasi balsamum non mistum odor meus. Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratia. Ego quasi vitis fructificavi suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchra dilectionis & timoris, & agnitionis, & sanctae spei. In me gratia omnis via ac veritatis, in me omnis spes vite & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini: Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generationes seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient, Qui audit me, non confundetur.*



detur, & qui operantur in me non peccabunt. Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

XII. Patiens, Matt. 2. 13. Qui cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi: futurum est enim ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Luc. 2. 34. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinationem, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Vide etiam Ioan. 19. 25. ut membro tertio.

XIII. Pauper spiritu. Matth. 2. 11. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

XIV. Pia, id ostendit in cantico. Luc. 1. 46 47. 48. 49. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: Quia respexit humilitatem ancilla suae; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. &c.

XV. Prudens, conseruando verbum Dei in corde. Luc. 2. 19. Maria autem conseruabat omnia verba haec, conferens in corde suo. Vers. 51. Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba haec in corde suo.

XVI:



XVI. Pulchra. Cant. 4. 1. 2. *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es! Oculi tui columbarum, absq; eo, quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Vers. 3. 4. Sicut vitæ coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita gena tua, absq; eo, quod intrinsecus latet. Sicut turris David collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Vers. 7. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Ibidem capit. 5. 9. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic admirasti nos? Vers. 17. Quo abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quo declinavit dilectus tuus, & quæremus eum tecum? Capit. 6. 3. Pulchra es amica mea, suavis, & decora sicut Ierusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata. Vers. 9. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Capit. 7. 1. 2. Quid videbis in Sennamite, nisi choros castrorum? Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis: iunctura femorum tuorum, sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis. Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Vnde & est lilius. Cant. 2. 2. Sicut lilius inter spinas, sic amica mea inter filias. Cap. 7. 6. Quam pulchra es, & quam decora charissima in delictis!*



XVII. Terribilis vt castrorum acies dæmonibus. Cant. 6. 8. 9. vt membro. 6.

XVIII. Mater Domini. Matth. 2. 13. *Quis cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes querat puerum ad perdendum eum.* Ibid. capit. 12. 47. *Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant querentes te.* Mat. 3. 31. 32. *Et veniunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum vocantes eum, & sedebat circa eum turba, & dicunt ei; ecce mater tua, & fratres tui foris querunt te.* Ioan. 19. 25. vt membro. 3.

XIX. Mater cunctorum viuentium. Genes. 3. 20. *Et vocauit Adam nomen vxoris sue, Heua, eo quod mater esset cunctorum viuentium.*

CAPVT V.

Præcipuis quibuscunq; rebus in sacris litteris comparata.

I. Est Arx Siõ in qua habitat Dauid. 2. Reg. 5. 7.

II. Ciuitas Dei de qua gloriosa dicta sunt, in qua habitat Dominus. Psal. 45. 5. 6. *Fluminis impetus laetificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum Altissimus: Deus in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam Deus manè diluculo.* Psalm. 86. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. *Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Memor ero Rahab, & Babylonis scientium me. Ecce alienigena, & Tyrus,*



& populus *Aethiopum*, hi fuerunt illic. Nunquid *Sion* dicet, homo, & homo natus est in ea, & ipse fundavit eam *Altissimus*? Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum: horum qui fuerunt in ea: sicut letantium omnium habitatio est in te.

3. Domus Salomonis quam aedificavit tredecim annis. 3. Reg. 7. i. Domum autem suam aedificavit Salomon tredecim annis, & ad perfectum usque perduxit.

4. Gloria Ierusalem. Judith. 15. 10. 11. Quam cum exisset ad illum, benedixerunt eam omnes una voce, dicentes: Tu gloria Ierusalem, tu latitia Israel, in honorificentia populi nostri: quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaveris, & post virum tuum alterum nescieris: & manus Domini confortavit te, & ideo eris benedicta in aeternum. Cuius gloria ab intus Psal. 45. 13. 14. Et filiae Tyri in muneribus vultum tuum precabuntur: omnes divites plebis. Omnis gloria filiae regis ab intus, in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus. Vers. 19. Propterea populi confitebuntur tibi in aeternum, & in saeculum saeculi.

5. Habitaculum firmissimum & Domus solium sempiternum a Salomone vero aedificatum. 3. Reg. 8. 12. 13. Tunc ait Salomon: Dominus dixit ut habitaret in nebula: Aedificans aedificavi domum in habitaculum tuum, firmissimum solium tuum in sempiternum. Quod implet gloria. Ibid. vers. 11. Et non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam: Impleverat enim gloria Domus



*Domini domum Domini. Quod sanctificauit Dominus. Ibidem. cap. 9. 3. Dixitq; Dominus ad eum: Exaudiui orationem tuam & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me: sanctificauit domum hanc, quam adificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.*

6. Honorificentia populi. Iudith. 15. 10. vt memb. 4. Et lilium. Cant. 2. 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.*

7. Lætitia Israël. Iudith. 15. 10. vt membro quarto.

8. Mons de quo abscissus est lapis sine manibus. qui percussit statuam. Dan. 2. 34. *Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos. Vers. 45. Secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam & ferrum, & as, & argentam, & aurum. Deus magnus ostendit regi qua ventura sunt postea, & verum est somnium, & fidelis interpretatio eius.*

9. Paradysus voluptatis, in quo positus homo, secundus Adam Christus Dominus. Gen. 2. 8. *Plantauerat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Vide membro 5.*

10. Porta clausa. Ezech. 44. 2. *Et dixit Dominus ad me: porta hac clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quia Dominus*  
G Deus



*Deus Israël ingressus est per eam. & cætera.*

11. Reclinatorium aureum. Cant. 3. 9. 10. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constravit propter filias Ierusalem.*

12. Rubus ardens incombustus. Exod. 3. 2. *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. & videbat quod rubus arderet, & non combureret.*

13. Sanctuarium quod curavit Dominus fieri, ut in medio eius habitaret, & arca de lignis Sethim, quæ corrumpi non poterant. Exod. 25. 8. 9. 10. 11. *Facientque mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum: iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius: sicque facietis illud: Arcam de lignis Sethim compingite, cuius longitudo habeat duos semis cubitos, latitudo, cubitum & dimidium, altitudo, cubitum similiter & semissem. Et deaurate eam auro mundissimo intus & foris, faciesque super coronam auream per circuitum.*

14. Tabernaculum in sole positum. Psal. 18. 6. *In sole posuit tabernaculum suum; & ipse inquam sponsus procedens de thalamo suo.*

15. Trames aquæ immensæ & aquæ ductus de paradyso. Eccl. 24. 41. 42. *Ego quasi trames aquæ immensa de fluvio, ego quasi fluvius dyorix. & ductus aquæ ductus exivi de paradyso. Dixi: rigabo hunc meum plantationum, & inebriabo prati mei fructum.*

16. Thronus Salomonis ex ebore & auro



vestitus. 3. Reg. 10. 18. Fecit etiam rex Salomon  
Thronū de ebore grandem, & vestiuit eum auro ful-  
uo nimis. Psal. 88. 30. Et ponam in seculum seculi  
semen eius, & thronum eius sicut dies cali. Vers. 38.  
Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut lu-  
na perfecta in aeternum, & testis in calo fidelis.

17. Vellus Gedeonis. Iudic. 6. 37. 38. 39. 40.  
Ponam hoc vellus lana in area; si ros in solo vellere  
fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quod per ma-  
num meam, sicut locutus es, liberabis Israël, factumq;  
est ita. Et de nocte consurgens expresso vellere, con-  
cham rore impleuit; dixitq; rursus ad Deum: Ne  
irascatur furor tuus contra me, si adhuc semel ten-  
tauero, signum quarens in vellere. Oro ut solum vello  
siccum sit, & omnis terra rore madens. Fecitq;  
Deus nocte illa, ut postulauerat, & fuit siccitas in so-  
lo vellere, & ros in omni terra.

CAPVT VI.

Præfigurata etiam per claras mulieres.

1. Per Euam matrem cunctorum viuen-  
tium ex gratia Christi. Gen. 3. 20. Et vocauit A-  
dam nomen vxoris sue Heua, eo quod mater esset  
cunctorum viuentium.

2. Per Rebeccam. Gen. 24. 51. 52. 53. Em  
Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere, & sit  
vxor filij domini tui sicut locutus est Dominus. Quod  
cum audisset puer Abraham, procidens adorauit in  
terrâ Dominum, prolatisq; vasis argenteis, & aureis,  
ac vestibus, dedit ea Rebecca pro munere, fratribus  
quoq; eius, & matri dona obtulit.

G 2

3. Per



3. Per Rachel. Gen 30. 22. Recordatus quæ  
que Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit  
vulnam eius.

4. Per Mariam sororem Moyfis. Exod  
15. 20. 21. Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror  
Aaron, tympanum in manu sua; egressæq; sunt omne  
mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus  
precinnebat, dicens. Cantemus Domino: gloriosissi-  
mum magnificatus est, equum & ascensorem eius di-  
scit in mare.

5. Per Iahel, quæ confixit caput Sisaræ  
ob hoc benedicta. Judith. 5. 24. 25. 26. 27. Be-  
dicta inter mulieres Iahel, uxor Haber Cinai, & be-  
nedicatur in tabernaculo suo. Aquam petens  
dedit, & in phiala principum obtulit butyrum. Sin-  
istram manum misit ad clauum, & dexteram ad  
brochorum malleos, percussitq; Sisaram, quaerens in-  
pente vulneri locum & tempus validè perforan-  
ter pedes eius ruit, defecit, & mortuus est: Voluit  
tur ante pedes eius, & iacebat exanimis & miserabi-  
lis. Sic caput serpentis cõtriuuit B. Virgo. Gen.

6. Per Abigail. 1. Reg. 25. 23. 24. Cum  
tem vidisset Abigail David, festinauit, & desce-  
dit de asino, & procidit coram David super faciem  
suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes  
eius, & dixit. In me sit, Domine mi, hæc iniquitas  
quatur, obsecro ancilla tua in auribus tuis; & au-  
di verba famule tue. Vers. 32. 33. Et ait David  
Abigail: Benedictus Dominus Deus Israël, qui  
misit hodie te in occursum meum, & benedictum  
quæ



quum tuum, & benedicta tu, quae prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & ulciscerer me manu mea. Vers. 40. 41. Et venerunt pueri David ad Abigail in Carmelum, & locuti sunt ad eam, dicentes: David misit nos ad te, ut accipiat te sibi in uxorem. Quae consurgens adorauit prona in terram, & ait: Ecce famula tua sit in ancillam, ut lauet pedes seruorum domini mei.

7. Per Abisag Sunamitidem. 3. Reg. 1.1.

2. 3. 4. Et Rex David senuerat, habebatq; etatis plurimos dies: cumq; operiretur vestibus, non calefiebat. Dixerunt ergo ei serui sui: Queramus Domino nostro regi adolescentulam virginem, & stet coram rege, & foueat eum, dormiatq; in sinu suo, & calefaciat dominum nostrum regem. Quaesierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & inuenerunt Abisag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatq; cum rege, & ministrabat ei, rex vero non cognouit eam.

8. Per Iudith. Iudith. 13. 8. 9. 10. 11. Et cum hac dixisset, accessit ad columnam, quae erat ad caput lectuli eius, scilicet Holofernis, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, excoluit. Cumq; euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, & ait: Confirma me Domine Deus in hac hora, & percussit bis in cervicem eius, & abscidit caput eius & abstulit conopaeum eius à columnis: & euoluit corpus eius truncum. Et post pusillam exiuit, & tradidit caput Holofernis, ancilla sua, & iussit ut mitteret illud



in peram suam. Vers. 22. 23. 24. 25. 26. *Vniuersi autem adorantes Dominum dixerunt ad eam: Benedixit te Dominus in virtute sua; quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Porro Ozias princeps populi Israël dixit ad eam: Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Benedictus Dominus, qui creauit calum & terram, qui te direxit in vulnera capitis principum inimicorum nostrorum: quia hodie nomen tuum magnificauit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ, propter angustias & tribulationem generis tui, sed subuenisti ruina ante conspectum Dei nostri. Et dixit omnis populus; fiat, fiat. Ibid. capit. 15. 10. 11. Quæ cum exisset ad illum, benedixerunt eam omnes una voce dicentes. Tu, scilicet Iudith, gloria Ierusalem & gloria Israël, tu honorificentia populi nostri: quæ uicti viriliter: & confortatum est cor tuum, eo quod uictoriam amaueris, & post virum tuum alterum non cognoueris, ideo & manus Domini confortauit te, & tu eris benedicta in æternum.*

9. Per Esther. Esther. 2. 9. *Quæ placuit regi scilicet Assuero, & inuenit gratiam in conspectu illius. Et præcepit Eunuchis ut acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo regis, & tam ipsas quàm pedissequas eius ornaret atq; excoleret. Quæ noluit ei indicare populum & patriam suam: Mandatum enim præceperat ei, ut de hac re omnino*



diceret. Verſ. 15. 16. 17. *Evoluto autem tempore per ordinem, instabat dies, quo Esther filia Abihail fratris Mardochai, quam sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad regem. Quae non quaesivit muliebrem cultum, sed quemcumq; voluit Egeus eunuchus custos virginum, haec ei ad ornatum dedit. Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. Ducta est itaque ad cubiculum regis. &c. vt supra cap. 3. membro 1. Ibid. cap. 7. 3. 4. Ad quem illa respondit: Si inueni gratiam in oculis tuis o Rex, & si tibi placet dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus ego & populus meus, vt conteramur, iugulemur & pereamus. Atq; utinam in seruos & famulas venderemur, esset tolerabile malum, & gemens tacerem: nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem. Capit. 8. 5. 6. 7. Et ait: Si placet regi, & si inueni gratiam in oculis eius, & deprecatio mea non ei videtur esse contraria obsecro, vt nouis epistolis, veteres Aman littera, insidiatoris & hostis Iudeorum, quibus eos in cunctis regis prouincijs perire praeceperat, corrigantur. Quomodo enim potero sustinere necem & interfectionem populi mei? Responditq; rex Assuerus, Esther regina, & Mardocheo Iudaeo. Datum Aman concessi Esther regina, & ipsum iussi affigi cruci: quia ausus est manum mittere in Iudeos. Capit. 15. 1. 2. 3. Et mandauit ei (haud dubium quin Esther, Mardocheo) vt in-*

G 4

grede-



grederetur ad regem, & rogaret pro populo suo & pro patria sua. Memorare (inquit) dierum humilitatis tue: quomodo nutrita sis in manu mea: quia Aman secundus à rege locutus est contra nos in mortem, & tu inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

10. Per mulierem amictam sole. Apocal. 12. 1. 2. Et signum magnum apparuit in calo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: & in utero habens, clamabat parturiens, & cruciabatur ut pariat.

## CAPVT VII.

Eadem multis alijs scripturæ locis prædicitur.

**G**enes. 3. 15. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipse teret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Psalm. 18. 6. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo: Egreditur ut gigas ad currendam viam, à summo caelestium egressio eius. Psalm. 84. 1. Benedixisti Domine terram tuam; auertisti captiuitatem Iacob. Psalm. 84. 3. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Psalm. 134. Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tue. Prou. 31. 10. Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de ultimis finibus pretiosus eius. Vers. 29. 30. 31. Multa filia congregauerunt inimicitias, tu supergressa es vniversas. Fallax gratia



& vana est pulchritudo : mulier timens Dominum  
 ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum sua-  
 rum, & laudent eam in portis opera eius. Cantico-  
 rum integris capitibus. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Eccl. 24.  
 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Ego ex ore Altissimi pro-  
 diui primogenita ante omnem creaturam : ego feci  
 in calis ut oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula  
 texi omnem terram, ego in altissimis habitavi : &  
 thronus meus in columna nubis. Gyrum cali cir-  
 cuiui sola, & profundum abyssi penetraui : in flucti-  
 bus maris ambulavi, & in omni terra steti, & in om-  
 ni populo, & in omni gente primatum habui ; & om-  
 nium excellentium & humilium corda virtute cal-  
 caui : & in his omnibus requiem quasisi, & in heredi-  
 tate Domini morabor. Tunc precepit & dixit  
 mihi Creator omnium, & qui creauit me, requieuit  
 in tabernaculo meo & dixit mihi : In Iacob inhabi-  
 ta & in Israël hereditare, & in electis meis mitte ra-  
 dices. Isai. 19. 1. Onus Egypti. Ecce Dominus ascen-  
 det super nubem leuem, & ingredietur Egyptum,  
 & commouebuntur simulachra Egypti à facie eius  
 & cor Egypti tabescet in medio eius. Ibidem ca-  
 pit. 45. 8. Rorate cali desuper & nubes pluane  
 iustam, aperiatur terra, & germinet saluatorem.

Ierem. 31. 22. Vsquequo delicijs dissolueris  
 filia vaga? quia creauit Dominus

nouum super terram: fe-

mina circumdabis

virum.

\*

G 5

CAPVT



## CAPVT VIII.

Christus Dominus concipitur de B. Virgine ex  
Spiritu sancto, angelo id illi an-  
nunciante.

**F**IGURAE. Exod. 3. 2. Apparuit q̄ ei Domi-  
nus in flamma ignis de medio rubi; & videbat  
quod rubus arderet, & non combureretur. plura ca-  
pit. 4. memb. 3.

PROPHETIAE. Psal. 18. 6. In sole posuit ta-  
bernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens  
de thalamo suo. Psalm. 70. 6. In te confirmatus sum  
ex utero: de ventre matris meae tu es protector meus.  
Psal. 84. 10. 11. 12. 13. Veruntamen prope timentes  
eum salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra. Mis-  
ericordia. & veritas obuauerunt sibi; iustitia & pro-  
fusa sunt. Veritas de terra orta est: & iustitia  
de caelo prospexit. Etenim Dominus dabit benignita-  
tem; & terra nostra dabit fructum suum. Prou. 30.  
18. 19. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus  
ignoro. Viam aquile in caelo, viam colubri super pe-  
tram, viam nauis in medio mari, & viam viri in  
adolescentia. Isai. 7. 14. Propter hoc dabit Domi-  
nus ipse vobis signum. Ecce Virgo concipiet, & pariet  
filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Ibid.  
8. 3. Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit  
filium. Et dixit Dominus ad me, voca nomen  
men eius, Accelera spolia detrahere: Festina pro-  
duri, Ibidem capit. 11. 1. 2. Et egredietur virgo



de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini; spiritus sapientie & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientie & pietatis. Ibidem capit. 45. 8. Rorate cali desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra & germinet Saluatorem, & iustitia oriatur simul; ego Dominus creavi eum. Capit. 53. 1. Quis credidit auidui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Vers. 8. De angustia, & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra uiuentium, propter scelus populi mei percussus eum. Jerem. 31. 22. Usquequo delitijs dissoluèris filia vaga? quia creauit Dominus nouum super terram. Femina circumdabit virum. Ezechiel. 44. 1. 2. 3. Et conuertit me ad viam porta sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad Orientem, & erat clausa. Et dixit Dominus ad me: porta hac clausa erit, non aperietur & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem coram Deo, per viam porta vestibuli ingredietur, & per viam eius egredietur.

VERITAS. Ioannis. 1. 14. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis; & vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre plenum gratia & veritatis. Matthæi. 1. 20. Hac autem eo cogitante, ecce Angelus Domini  
appa



apparuit in somnis ei dicens : Ioseph fili David, noli  
timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim  
in ea natum est, de Spiritu sancto est. Luc. 1. 26. 27.  
28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. In mense au-  
tem sexto, missus est Angelus Gabriel a Deo in ciui-  
tatem Galilea, cui nomen Nazareth, ad virginem  
desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo  
David, & nomen virginis Maria. Et ingressus An-  
gelus ad eam dixit: Aue gratia plena: Dominus tecum  
benedicta tu in mulieribus. Quae cum audisset tur-  
bata est in sermone eius, & cogitabat qualis ista esset  
salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria:  
inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies  
in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ie-  
sum. Hic erit magnus & filius Altissimi vocabitur.  
Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius,  
& regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius  
non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum:  
quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco.  
Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus super-  
perueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.  
Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Fi-  
lius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa  
concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus  
est illi, quae vocatur sterilis: quia non erit im-  
possibile apud Deum omne verbum. Dixit  
autem Maria: Ecce ancilla Domini  
fiat mihi secundum verbum  
tuum. & cæt.

\* \*

CAPVT



## CAPVT IX.

*Christus nascitur in Bethlehem Iuda.*

**F**IGVRAE. I. Non auferetur sceptrum de Iuda ante aduentum Christi. Genes. 49. 10. *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.*

2. Moyses natus in fiscella scirpea ponitur. Exod. 2. 1. 2. 3. *Egressus est post hac vir de domo Leui, & accepit uxorem stirpis sua, qua concepit & peperit filium, & videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. Cumq; iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice, posuitq; intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripe fluminis.*

3. Idem vt posset loqui filijs Israël, velata facie descendit ex monte Sinai. Exod. 34. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. *Cumq; descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. Videntes autem Aaron & filij Israël cornutam Moysi faciem, timuerunt propè accedere. Vocatiq; ab eo, reuersi sunt tam Aaron quam principes Synagoga. Et postquam locutus est ad eos, venerunt ad eum etiam omnes filij Israël, quibus praecipit cuncta que audierat à Domino in monte Sinai. Impletisq; sermonibus, posuit velamen super faciem suam. Quod ingressus ad Dominum, & loquens cum eo, aufererat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios*



lios Israël omnia quæ fuerant sibi imperata. Qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam: sed operiebatur ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos. 2. Corinth. 3. 13. Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filij Israël in faciem eius quod evacuatur.

PROPHETIA. Psalm. 17. 10. Inclinauit celos, & descendit; & caligo sub pedibus eius. Psal. 71. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis; donec auferatur luna. Et dominabitur à mari usque ad mare; & à flumine usque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Ethiopes: & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis, & insule munera offerent: reges Arabum & Saba, dona adducent: & adorabunt eum omnes reges terra, omnes gentes seruient. Sapient. 18. 15. Omnipotens sermo tuus de caelis regalibus sedibus, durus debellator in mediam extremamque terram profiliuit, Isai. 1. 3. Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui: Israël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Ibidem 7. 14. 15. Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Capit. 8. 3. 4. Et accessit ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me, voca nomen eius accelera spolia de

syab



trahere: festina pradari: quia antequam sciat puer  
 vocare patrem suum & matrem suam, auferetur  
 fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram rege  
 Assyriorum. Cap. 9. 6. 7. Parvulus enim natus  
 est nobis, & filius datus est nobis, & factus est prin-  
 cipatus super humerum eius, & vocabitur nomen  
 eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pa-  
 ter futuri seculi, Princeps pacis. Multiplicabi-  
 tur eius imperium, & pacis non erit finis; supra so-  
 lium David, & super regnum eius sedebit, ut con-  
 firmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amo-  
 do & usq; in sempiternum. Zelus Domini Exerci-  
 tum faciet hoc. Capit. 25. 9. Et dicet in die illa.  
 Ecce Deus noster iste, exspectavimus eum, & salua-  
 bit nos: iste Dominus, sustinuvimus eum, exulta-  
 bimus, & letabimur in salutaris eius. Capit. 52. 6.  
 Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa,  
 quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Vers. 10.  
 Paravit Dominus brachium sanctum suum in o-  
 culis omnium gentium, & videbunt omnes fines  
 terra salutare Dei nostri. Capit. 62. 1. 2. Propter  
 Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam;  
 donec egrediatur ut splendor iustus eius, & salua-  
 tor eius ut lampas accendatur. Et videbunt gen-  
 tes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum,  
 & vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini  
 nominabit. Jerem. 14. 8. 9. Exspectatio Israel sal-  
 vator eius in tempore tribulationis: quare qua-  
 si colonus futurus es in terra, & quasi viator de-  
 clinans ad manendum? Quare futurus es velut vir  
 vagus,

vagus,



vagus, & fortis, qui non potest saluare? Tu autem  
 in nobis es Domine, & nomen tuum innocatum est  
 super nos, ne derelinquas nos. Baruch. 3. 34. Stella  
 autem dederunt lumen in custodijs suis, & letata  
 sunt. Vers. 36. Hic est Deus noster, & non astimas  
 bitur alius aduersus eum. Vers. 38. Post hac in ter-  
 ris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Mi-  
 cheæ. 1. 3. Quia ecce Dominus egredietur de loco  
 suo, & descendet, & calcabit super excelsa terra. Ibi-  
 dem capit. 4. 1. 2. 3. Et erit, in nouissimo dierum  
 erit mons domus Domini preparatus in vertice mons  
 tum, & sublimis super colles: & fluent ad eum popu-  
 li. Et properabunt gentes multe, & dicent. Venite  
 ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei  
 Jacob; & docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis  
 eius: quia de Sion egredietur lex & verbum Domini  
 de Ierusalem. Et iudicabit inter populos multos, &  
 corripiet gentes fortes usq; in longinquum, & ca-  
 dent gladios suos in vomeres, & hastas suas in lig-  
 nes: non sumet gens aduersus gentem gladium, &  
 non discent ultra belligerare. Cap. 5. 2. Et tu Beth-  
 lehem Ephrata paruulus in millibus Iuda, ex te  
 hi egredietur, qui sit dominator in Israël, & egres-  
 sus eius ab initio, à diebus æternitatis Aggæi. 2. 8. Et  
 mouebo omnes gentes; & veniet desideratus cunctis  
 gentibus; & implebo domum istam gloria dicit Do-  
 minus exercituum.

VERITAS. Matth. 1. 24. 25. Exurgens au-  
 tem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus  
 Domini, & accepit coniugem suam. Et non cognosce-



bat eam donec peperit filium suum primogenitum, & vocauit nomen eius Iesum. Ibidem cap. 2. 1. Cum ergo natus esset Iesus in Bethlehem Iuda in diebus Herodis regis: Ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam. Luc. 1. 30. 31. 32. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum; Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius; & regnabit in domo Iacob in aeternum. Ibid. capit. 2. li 2. 3. 4. 5. 6. 7. Factum est autem in diebus illis, exiit edictum a Casare Augusto ut describeretur vniversus orbis. Haec descriptio prima, facta est a praeside Siria Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur, singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph a Galilea de ciuitate Nazareth in Iudaeam in ciuitatem David, quae vocatur Bethlehem, eo quod essent de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore pregnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in praesepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Vers. 10. 11. Et dixit illis Angelus. Nolite timere: Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quo dicitur omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate David. Vers. 12. 13. 14. Et hoc vobis signum: inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in praesepio. Et subito facta est cum angelo multitudo mis-

H

do mis



do militia caelestis laudantium Deum, & dicentium  
 Gloria in altissimis Deo; & in terra pax hominibus  
 bonae voluntatis. Ioan. 7. 42. Nonne scriptura do-  
 cuit: Quia ex semine David, & de Bethlehem caste-  
 lo, ubi erat David, venit Christus. Galat. 4. 4. 5.  
 At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Fi-  
 lium suum, factum ex muliere, factum sub lege, &  
 eos, qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem  
 horum reciperemus.

## CAPVT X.

Christus Dominus nascitur sine peccato.

**P**ROPHETIAE Isai. 53. 4. Verè languor  
 nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit  
 & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussus  
 à Deo, & humiliatum. Verſ. 9. Et dabit impietatem  
 pro sepultura, & diuitem pro morte sua, eo quod  
 quitatem non fecerit, neq; dolus fuerit in ore suo.  
 Verſ. 12. Ideo disperſiam ei plurimos, & iura  
 diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem vi-  
 mam suam, & cum sceleratis reputatus est; &  
 peccata multorum tulit, & pro transgressoribus roga-  
 uit.

**V**ERITAS. Ioan. 8. 46. Quis ex  
 arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis,  
 re non creditis mihi? 2. Cor. 5. 20. 21. Pro Christo  
 ergò legatione fungimur, tanquam Deo exhortamur  
 per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamur  
 Deo. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis  
 peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei  
 ipſo. Hebræor. 4. 15. 16. Non enim habemus  
 iustitiam, qui non possit compari infirmitatibus nostris.



sentatum autem per omnia pro similitudine absq̄  
 peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gra-  
 tia, vt misericordiam consequamur, & gratiam in-  
 ueniamus in auxilio oportuno. Ibid. capit. 7. 26. 27.  
 28. Talis enim decebat vt nobis esset pontifex, sano  
 & innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus,  
 & excelsior calis factus: qui non haber necessitatem  
 quotidie, quemadmodum Sacerdotes, prius pro suis  
 delictis hostias offerre, deinde pro populi; hoc enim  
 fecit semel, seipsum offerendo. Lex enim homines  
 constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo  
 autem iuris iurandi, qui post legem est, Filium in a-  
 ternum perfectum. 1. Epistol. Petr. 2. 21. 22. 23.  
 24. 25. In hoc enim vocati estis; quia & Christus  
 passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt  
 sequamini vestigia eius: qui peccatum non fecit, nec  
 inuentus est dolus in ore eius qui cum malediceretur,  
 non maledicebat. Cum pateretur, non comminaba-  
 tur: eradebat autem iudicanti se iniuste. Qui pecca-  
 ta nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum,  
 vt peccatis mortui, iustitia viuamus: cuius linore  
 sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes, sed  
 conuersi estis nunc ad pastorem & Episcopum ani-  
 marum uestrarum. 1. Ioan. 3. 5. Et scitis quia ille ap-  
 paruit, vt peccata nostra tolleret; & peccatum in eo non  
 est. Imo ipse est agnus qui tollit peccata mundi.  
 Isai. 16. 1. Emitte agnum Domine dominatorem terra, de  
 petra deserti ad montem filia Sion. Ibid. 53. 7. Obla-  
 tus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ouis  
 ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram rudente se



obmutescet, & non aperiet os suum. Ierem. 11. 19.  
 Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad vi-  
 ctimam: & non cognoui quia cognouerunt super me  
 consilia, dicentes. Mittamus lignum in panem  
 eius, & eradamus eum de terra viuentium, & no-  
 men eius non memoretur amplius. Ioan. 1. 29. Alte-  
 ra die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait:  
 Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.  
 Actor. 8. 31. 32. Qui ait; & quomodo possum, si non  
 aliquis ostenderit mihi? Rogauitq; Philippum ut  
 ascenderet, & sederet secum. Locus autem ser-  
 pturae, quem legebat, erat hic. Tanquam ovis ad oc-  
 cisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente  
 se, sine voce, sic non aperuit os suum. 1. Corinth. 5.  
 7. 8. Expurgate vetus fermentum ut sitis noua cor-  
 ruptio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum  
 immolatus est Christus. Itaq; epulemur, non in fero-  
 mento veteri, neq; in fermento malitiae & nequitiae:  
 sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Apoc. 5.  
 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Et vidi: & ecce in medio  
 throni & quatuor animalium, & in medio seniorum  
 agnum stantē tanquam occisum, habentem cornua  
 septē: & oculos septē qui sunt septem spiritus Dei missi  
 omnē terram. Et venit: & accepit de dextera sedentem  
 in throno libram. Et cum aperuisset librum, quatuor  
 animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt  
 coram agno, habentes singuli citharas, & psalteria  
 aureas plenas odoramentorum, quae sunt orationes  
 sanctorum, & cantabant canticum nouum, dicen-  
 tes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire  
 signa



signacula eius; quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omnibus, & lingua, & populo, & natione; & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes; & regnabimus super terram. Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum; & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam, quae in caelo est, & super terram, & sub terra, & quae sunt in mari, & quae in eo: omnes audiui dicentes sedenti in throno, & agno: benedictio, & honor, & gloria, & potestas, in saecula saeculorum, & quatuor animalia dicebant: Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt viuentem in saecula saeculorum. Plura ibidem capit. 7. vers. 9. 10. † 13. vers. 14. 15. 16. 17.

## CAPVT XI.

Christus circumciditur & imponitur illi  
nomen Iesus.

**F**IGVRAE. Prima in Isaac qui octauo die circumciditur. Genes. 21. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Concepitq; & peperit filium in senectute sua, tempore quo praedixerat ei Deus. Vocauitq; Abraham nomen filij sui quem genuit ei Sara, Isaac, & circumcidit eum octauo die, sicut praeeperat ei Deus, cum centum esset annorum, hac quippe aetate patris natus est Isaac. Dixitq; Sara. Risum fecit mihi Deus: quicumq; audierit, corridebit mihi.

H 3

Secunda



Secunda Ioseph patriarchæ imponitur nomen à Rege, & vocatur Saluator mundi. Gen. 41. 44. 45. Dixit quoq; Rex ad Ioseph: Ego sum Pharaon: absq; tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Egypti, verumq; nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca Saluatorem mundi. Deditq; illi uxorem Aseneth filiam Puthipharis sacerdotis Heliopoleos.

PROPHETIAE. Isai. 7. 14. Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Ibid. cap. 8. 3. 4. Et accessi ad Prophetissam, & concepit, & peperit filium, & dixit Dominus ad me. Voca nomen eius, Accelera spolia detrahete, festina predari. Quia antequam sciat patrem vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram rege Assyriorum. Capit. 9. 6. 7. Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius; & vocabitur nomen eius. Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Ezech. 39. 7. Et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israël, & non polluam nomen sanctum meum amplius, & scient gentes quia ego Dominus sanctus Israël. Habac. 3. 18. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.

VERITAS. LUC. I. 31. Ecce concipies in utero, & paries filium, Et vocabis nomen eius Iesum. Ibid. cap. 2. 21. Et postquam consummati sunt dies



otto ut circumcideretur puer, vocatū est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur. Rom. 15. 8. Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Sic datur illi nomen super omne nomen. Phil. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinans arbitratus est esse se aequalem Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Virtutes verò quinquaginta nouem nominis huius, vide in Thesauro nostro biblico, tit. Nomen Dei, puncto 6. & fructum id laudantium, puncto 7. & quale sit, puncto 8.

CAPVT XII.

Christi natiuitas manifestatur pastoribus vigilantibus

**P**ROPHETIAE Psalm. III. 4. Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors, & miserator, & iustus. Psal 137. 6. Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Isai. 9. 2. 3. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnā: habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis. Multiplicasti gentē, & nō magnificasti letitiā,

H 4

latibunt



Latabuntur coram te, sicut qui letantur in messe, sicut exultant victores, capta prada, quando diuidunt spolia. Ibidem cap. 29. 19. 20. 21. Et aduent mites in Domino letitiam, & pauperes homines in sancto Israëel exultabunt: quoniam de seculo praualebat, consummatus est illusor, & succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem, qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant, & declinauerunt frustra a iusto. Capit. 60. 1. 2. Surge illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebrae operient terram, & caligent populos: super te autem orientur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Prouerb. 3. 32. Quia abominatio Domini est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius, Ibidem capit. 8. 17. Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilant ad me, inuenient me.

VERITAS. LUC. 2. 8. 9. 10. 11. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus: Nolite timere. Ecce euangelizabo vobis gaudium magnum quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate David. Vers. 15. 16. 17. 18. 19. 20. Et factum est ut discesserunt ab eis Angeli in celum: pastores loquebantur ad inuicem. Transierunt usque Bethlehem, & videamus hoc verbum



quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in praeseptio. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant mirati sunt, & de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba haec, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum in omnibus, quae audierant, & uiderant, sicut dictum est ad illos,

## CAPVT XIII.

Eadem natiuitas tribus Magis manifesta-  
tur per stellam.

**F**IGVRA. Numeror. 24. 17. Videbo eam, sed non modo: intuebor illum, sed non propè. Orietur stella ex Iacob, & consurget virgo de Israël, & percutiet duces Moab, vastabitq; omnes filios Seir. PROPHECIAE, Psalm. 71. 10. 11. Reges Tharsis, & insula munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent, & adorabunt cum omnes reges terrae, omnes gentes seruiant ei. Psalm. 85. 9. 10. Omnes gentes quascunq; fecisti, uenient, & adorabunt coram te Domine; & glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia; tu es Deus solus. Isai. 49. 7. Hec dicit Dominus redemptor Israël, sanctus eius, ad contempnibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum Dominorum. Reges uidebunt, & consurgent principes, & adorabunt propter Dominum; quia  
H s fidelis



fidelis est, & sanctum Israël, qui elegit te. Vers. 23.  
 Et erunt reges nutricij tui, & regina nutrices tua,  
 vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem  
 pedum tuorum lingent. Ibid. cap. 60. 1. 2. 3. Sur-  
 ge illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, &  
 gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebra  
 operient terram, & caligo populos; super te autem o-  
 rietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et  
 ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendo-  
 re ortus tui. Vers. 6. Inundatio camelorum operiet  
 te, dromedarij Madian & Ephra. Omnes de Saba  
 venient aurum & thus deferentes, & laudem Domi-  
 no annunciantes. Vers. 8. 9. Qui sunt isti qui ut nu-  
 bes volant, & quasi columbae ad fenestras suas? Ma-  
 enim insula exspectant, & naues maris in principio,  
 ut adducam filios tuos de longè, argentum eorum, &  
 aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, &  
 sancto Israël: quia glorificavit te. Vers. 16. Espe-  
 ges lac gentium, & mamilla regum lactaberis; &  
 scies quia ego Dominus saluans te, & redemptor  
 tuus fortis Iacob.

VERITAS. Matth. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.  
 9. 10. 11. 12. Cùm ergo natus esset Iesus in Betlehẽm  
 Iuda in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab oriente  
 venerunt Ierosolymam, dicentes: ubi est qui natus  
 est Rex Iudeorum? vidimus enim stellam eius in or-  
 riente, & venimus adorare eum. Audiens autem  
 Herodes rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum  
 eo. Et congregans omnes principes sacerdotum, & scri-  
 bas populi, sciscitabat ut ab eis ubi Christus natus



sur: At illi dixerunt ei: in Bethlehem Iudæ: sic enim scriptum est per prophetã. Et tu Bethlehem terra Iudæ, nequaquam minima es in principibus Iudæ: Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël. Tunc Herodes clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tempus stelle, quæ apparuit eis. Qui cum auissent regem, abierunt; & ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam gausi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, & myrrham. Et responso accepto in somnis ne rediret ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

## CAPVT XIV.

Christus presentatur & manifestatur in templo.

**F**IGURA. Vera victima mandato Domini mane & vesperi offertur. Exod. 29. 38. 39. Hoc est quod facies in altari, agnos agniculos duos per singulos dies ingeret, unum agnum manè, & alterum vesperè. Hic nota, facere poni, pro sacrificare & offerre ut sæpius in sacris literis. Leu. 15. 15. 30. Num. 6. 11. 16. 18. 12. 19. 2. 4. 10. 14. Iudic. 13. 1. 3 Reg. 18. 23. Ez. 46. 14. 15. Ose. 2. 8. 9. Luc. 22. 19. Leu. 23. 19.

Secunda. Anna filiū suum Samuelē multis precibus impetratū offert in templo. 1 Reg. 1. 24. 25. 26. 27. Et adduxit eum secum postquam ablaclauerat, in vitulis tribus, & tribus modys farina. & amphora vini, & adduxit eum ad domū Domini in Silo. Puer autem adhuc erat infanticulus; & immolauerunt vitulum,

& oblatum.



Et obtulerunt puerum, Heli. Et ait Anna: Obsecro mi domine; viuit anima tua domine ego sum illa mulier quae steri coram te hic orans Dominum. Pro puero isto orans, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulaui eum.

PROPHETIAE, Psalm. 47. 9. 10. 11. 12.  
Sicut audiuius sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in aeternum. Suscepimus Deus misericordiam tuam, in medio templi tui. Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terra: iustitia plena est dextera tua. Laetetur mons Sion, & exultent filii Iuda, propter iudicia tua Domine. Psalm. 97. 2. 3. 4. Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Recordatus est misericordiae suae, & veritatis suae domus Israel. Viderunt omnes termini terra salutare Dei nostri. Iubilate Deo omnis terra; cantate, & exultate, & psallite. Dan. 7. 13. Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum. Aggaei. 7. 8. Adhuc vnum modicum est & ego commouebo caelum & terram, & mare, & aridam. Et mouebo omnes gentes. ET VENIET DESIDERATUM cunctis gentibus: & implebo domum istam gloria dicit Dominus exercituum. Zachar. 6. 11. 12. 13. Et sumes aurum & argentum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filii Iosedec sacerdotis magni, & loqueris ad eum, dicens: Haec ait Dominus exercituum



ruum, dicens: Ecce vir oriens nomen eius; & super eum orietur; & adificabit templum Domino: & ipse extruet templum Domino: & ipse portabit gloriam & sedebit, & dominabitur super folio suo, & consilium pacis erit inter illos duos. Malach. 3. 1. 2. Ecce ego mitto angelum meum, & praparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum Dominator quem vos quaritis, & angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit dicit Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflagans, & quasi herba fullonum.

VERITAS. LUC. 2. 22. 23. 24. 25. Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem: ut sifterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulnam, sanctum Domino vocabitur. Et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Vers. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum & dixit. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum



verbū tuū in pace. Quia viderunt oculi mei salutare  
 tuū, quod parasti ante faciem omnium populorum.  
 Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis  
 tuæ Israël: Et ibid. vers. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.  
 41. Et erat pater eius & mater mirantes super his,  
 quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, &  
 dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in  
 ruinam, & in resurrectionē multorum in Israël, & in  
 signum, cui contradicetur, & tuam ipsius animā per-  
 transibit gladius, ut reuelētur ex multis cordibus co-  
 gitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phannuel,  
 de tribu Aser: Hæc processerat in diebus multis, &  
 vixerat cum viro suo annis septē à virginitate sua.  
 Et hæc vidua vsq̄ ad annos octoginta quatuor, quæ nō  
 discedebat de templo: ieiunijs, & obsecrationibus ser-  
 uens nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniens, cō-  
 fitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui  
 expectabant redemptionē Israël. Et ut perfectum  
 omnia secundū legē Domini, reuersi sunt in Galiliam  
 in ciuitatē suam Nazareth. Puer autē crescebat &  
 cōfortabatur plenus sapientia; & gratia Dei erat in  
 illo, & ibant parētes eius per omnes annos in Ierusalem  
 die solemni Pascha.

## CAPVT XV.

Christus fugit in Aegyptum, & occiduntur innocentes.

**F**IGURA prima. Iacob ob persecutionē fra-  
 tris sui Esau abiit in Mesopotamiā. Gen. 27.  
 43. 44. 45. Nūc ergo fili mi, audi vocē meā, & confu-  
 ges fuge ad Laban fratrem meū in Haran, habitabis  
 cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui



Et cesser indignatio eius, obliuiscaturq; eorum que fecisti in eum: postea mittam, & adducam te inde huc, cur utroq; orabor filio in vno die?

Secunda. Moyfes à Pharaone ad cædē quæsitus fugit in terram Madian. Exod. 2. 15. *Andiuitq; Pharao sermonem hunc, & quarebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteum.*

Tertia. Pharao timens Hebræos, mādāt omnes infantes masculos Iudæorum occidi. Exod. 1. 15. 16. 17. 18. 19. 20. *Dixit autem Rex Egypti obstetricibus Hebræorum, quarū una vocabatur Sephora, altera Phua, precipiens eis: Quando obstetricabis Hebræas, & partus tempus aduenerit, si masculus fuerit, interficite eum, si femina reseruare. Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Egypti, sed conseruabāt matres. Quibus ad se aocersitis, Rex ait. Quidnam est hoc quod facere voluistis, ut pueros seruaretis? Quæ responderunt. Non sunt Hebræe sicut Egyptiæ mulieres, ipse enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas pariunt. &c.*

Quarta. Athalia cupiditate regnandi curauit occidi omnes filios stirpis regiæ, vnde solus Ioas euasit. 4. Reg. 11. 1. 2. *Athalia verò mater Ochozia, videns mortuum filiū suū, surrexit & interfecit omne semen regium. Tollens autem Iosaba filia regis Ioram, soror Ochozie, Ioas filiū Ochozie, furata est eum de medio filiorum regis, qui interficiebantur, & nutricē eius de triclinio, & abscondit eum à facie Athaliæ, ut non interficaretur.* PRO



PROPHETIAE .Psalm. 8.3 Ex ore in-  
 fantium & lactentium perfecisti laudem propter in-  
 micos tuos, ut destruas inimicum & ultorem. Isai.  
 19. 1. 2. 3. 4. 5 Onus Aegypti. Ecce Dominus ascen-  
 det super nubem lenem & ingredietur Aegyptum,  
 & comovebuntur simulachra Aegypti à facie eius, &  
 cor Aegypti tabescet in medio eius, & cōcurrere faci-  
 a Aegyptios aduersus Aegyptios. & pugnabit vir cōtra  
 fratre suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnū aduer-  
 sus regnū. Et dirumpetur spiritus Aegypti in visceri-  
 bus eius, & consilium eius precipitabo, & interro-  
 gabunt simulachra sua, & diuinos suos & pythones  
 & ariolos. Et tradam Aegyptum in manu domi-  
 norum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum,  
 ait Dominus Deus exercituum. Et arefcet aqua  
 de mari, & flumens desolabitur, atq; siccabitur. Veri-  
 21. Et cognosceatur Dominus ab Aegypto, & co-  
 gnoscent Aegyptij Dominum in die illa, & uent-  
 eum in hostijs, & in muneribus, & vota uolubunt  
 Domino, & soluent. Ierem. 31. 15. 16. Hec dicit  
 Dominus. Vox in excelsis audita est lamentationis  
 luctus & fletus, Rachel plorantis filios suos, & nolens  
 ris consolari super eis: quia non sunt. Hec dicit  
 Dominus: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui  
 lachrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus  
 & reuertentur de terra inimici.

VERITAS. Matth. 2. 13. 14. 15. 16. 17.  
 18. Qui cū recessissent, ecce Angelus Domini  
 paruit in somnis Ioseph. dicens. Surge, & accipe pu-  
 rum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum, &



ibi usq; dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui con-  
surgens accepit puerum, & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum: & erat ibi usq; ad obitum Herodis: ut adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicentem. Ex Aegypto vocavi filium meum. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehém, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem: Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

CAPVT XVI.

*Christus mortuo Herode reuocatur ex Aegypto.*

FIGURA. Moyses ex terra Madian reuocatur in Aegyptum, idq; ut inde filios Israël educat. Exod. 3. 7. 8. 9. 10. Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorẽ eius audiui, propter duritiam eorum qui præsunt operibus. Et sciens dolorem eius, descendi ut liberem eum de manibus Aegyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spatiosam, in terram que sinit lacte & melle, ad loca Chananai, & Heethai, & Amorrhæi, & Pherizæi, & Henai, & Iebusai. Clamor ergo filiorum Israël venit ad me, visusq; afflictionem eorum, qua ab Aegyptiis opprimuntur.



muntur. Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, ut  
educas populum meum, filios Israël de Aegypto.

PROPHETIA. Osee. II. 1. Sicut mare  
transiit, pertransiit rex Israël: quia puer Israël  
dilexi eum, & ex Aegypto vocavi filium meum.

VERITAS. Matth. 2. 15. Et erat ibi vsq[ue]  
ad obitum Herodis; ut adimpleretur quod dictum  
est à Domino per prophetam dicentem: Ex Aegypto  
vocavi filium meum. Vers. 19. 20. 21. 22. 23. De  
functo autem Herode, ecce angelus Domini apparuit  
in somnis Ioseph in Aegypto, dicens. Surge & accipe  
puerum, & matrem eius, & vade in terram Israël: De  
functi sunt enim qui querebant animam pueri. Qui  
consurgens accepit puerum, & matrem eius, & venit  
in terram Israël. Audiens autem quod Archelaus  
regnaret in Iudea pro Herode patre suo, timuit illi  
lo ire; & admonitus in somnis, secessit in partes Galile-  
lea. Et veniens habitauit in ciuitate, quae vocatur  
Nazareth; ut adimpleretur quod dictum est per pro-  
phetas: quoniam Nazareus vocabitur.

## CAPVT XVII.

Puer Iesus amissus à parentibus inuenitur in templo.

FIGURA prima. Ruben contristatus quia  
non inuenit Ioseph fratrem suum. Gen. 37.  
29. 30. Reuersus Ruben ad cisternam, non inuenit  
puerum; & scissis vestibibus pergens ad fratres suos, ait  
puer non comparet & ego quo ibo?

Secunda. Pater & mater Tobiae eius abster-  
gia multum solliciti, & maximè mater lachrymante  
abundè



abundè conquesta est. Tob. 10. 1. 2. 3. 4. 5. *Cum*  
 vero moras faceret Tobias, causa nuptiarum, solici-  
 tus erat pater eius Tobias dicens: putas quare mo-  
 ratur filius meus, aut quare detentus est ibi? Putas  
 ne Gabelus mortuus est, & nemo reddet illi pecuniã?  
 cœpit autem cōtristari nimis ipse & Anna vxor eius  
 cum eo, & cœperunt ambo simul flere eo quod die sta-  
 tuto minime reuertetetur filius eorum ad eos. Flebat  
 igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atq; do-  
 cebat. Heu heu me fili mi, vt quid misimus peregri-  
 nari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis  
 nostre, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ?  
 Omnia simul in te vno habentes, te non debuimus di-  
 mittere a nobis. Cant. cap. 3. 1. 2. 3. 4. *In lectulo meo*  
*per noctes quasi quem diligit anima mea: quasi il-*  
*lum, & non inueni. Surgam, & circuibo ciuitatē; per*  
*vicos & plateas quæram quem diligit anima mea:*  
*quasi in illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles*  
*qui custodiunt ciuitatem: Num quem diligit anima*  
*mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos ino-*  
*ueni quem diligit anima mea, &c. Thren. 1. 3. Mi-*  
*grauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem*  
*seruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit re-*  
*quiem: omnes persecutores eius apprehenderunt*  
*eam inter angustias. Ezechiel. 10. 18. 19. Et egressa*  
*est gloria Domini à limine templi; & stetit supra*  
*Cherubin. Et eleuantia Cherubin alas suas, exal-*  
*tata sunt à terra coram me; & illis egrediētibus, rota*  
*quoq; subsequuta sunt, & stetit in introitu porta domus*  
*Domini orientalis, & gloria Dei Israël erat super eas*



Aggæi. 2. 8. 9. 10. Et mouebo omnes gentes, & ueniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit Dominus Exercituum. Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus Exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissima, plus quam prima, dicit Dominus Exercituum; & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus Exercituum.

VERITAS. LUC. 2. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Ierosolyam secundum consuetudinem diei festi: consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, uenerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos. Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius. Et uidentes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili, quid fecisti nobis sic? Et cepater tuus, & ego dolentes querebamus te.

Et ait ad illos. Quid est quod me querebatis? nesciebatis quia in his, que patris mei sunt opor-  
tet me esse?



## CAPVT XVIII.

De tempore Christi à manifestatione in templo anno duode-  
cimo etatis, ad tempus prædicationis eius.

**F**IGVRA prima. Fuit hoc tempore quasi Ioseph absconditus, sic Ioseph mansit quasi occultus in Aegypto vsq; ad annum trigessimū, quo incepit esse notus Pharaoni, & saluare Aegyptum. Gen. 41. 10. 11. 12. 13. 14. 15. *Iratus Rex seruis suis, me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum. Ubi una nocte uterq; vidimus somnium presagium futurorum. Erat ibi puer Hebraus, eiusdem ducis militum famulus, cui narrantes somnia, audiuius quicquid postea rei probauit euentus: Ego enim redditus sum officio meo, & ille suspensus est in cruce. Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph, totos derunt, ac veste mutata, obtulerunt ei. Cui ille ait. Vidi somnia, nec est qui edisserat; que audini te sapientissime conycere. Vers. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. Locutusq; est ad eos; num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostendit tibi Deus omnia que locutus es, nunquid sapientiozem & consimilem tui inuenire poterò? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: Vno tantum regni solio te precedam. Dixitq; rursus Pharaon ad Ioseph: Ecce constitui te super vniuersam terram Aegypti; tulitq; annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: vestiuitq; eum stola byssina, & collo torquema aureana circumposuit. Fecitq;*



eum ascendere super currum suum secundum, clamante pracone, ut omnes coram eo genu flecterent, & propositum esse scirent uniuersae terrae Aegypti. Dixit quoque rex ad Ioseph: Ego sum Pharao, absque meo imperio non mouebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Aegypti. Vertitque nomen eius, & uocauit eum lingua Aegyptiaca, saluatorem mundi, deditque illi uxorem Aseneth filiam Putipharis sacerdotis Heliopoleos, egressus est itaque Ioseph ad terram Aegypti.

Secunda. Moyses antequam mandato accepto liberasset Israel à seruitute, prius multis annis post fugam suam occultus fuit. Exod. 3. 7. 8. 9. 10. Cui ait Dominus: vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum qui praesunt operibus, & sciens dolorem eius, descendi ut liberem eum de manibus Aegyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spatiosam, in terram qua fluit lacte & melle, ad loca Chananai, & Hetthai, & Amorrhai, & Pherezei, & Heuai, & Iebusai. Clamor ergo filiorum Israel uenit ad me, vidique afflictionem eorum, qua ab Aegyptiis opprimuntur: sed ueni, & mittam te ad Pharao, & educas populum meum, filios Israel de Aegypto.

Tertia. Leuitae ante trigesimum annum non debuerunt ministrare Domino in isto officio. Numeror. 4. 22. 23. Tolle summam erant filiorum Gerson per domos & familias, & cognationes suas, à triginta annis & supra usque ad quinquagesimum



gesimum annum, omnium qui ingrediuntur ut stent  
& ministrent in tabernaculo fœderis.

Quarta. David licet 1. Reg. 16. 13. in regē  
Iudæorum vnctus esset adhuc puer, triginta ta-  
men annis partim occultus, partim profugus  
fuit, quoad potiretur regno. 2. Reg. 5. 1. 2. 3. 4.  
Et venerunt vniuersa tribus Israël ad David in He-  
bron dicentes. Ecce nos os tuum & caro tua sumus.  
Sed & heri & nudius tertius cum esset Saul super  
nos, tu eras educens & reducens Israël, dixit autem  
Dominus ad te: Tu pasces populum meum Israël, &  
tu eris dux super Israël. Venerunt quoq; & senio-  
res Israël ad regem in Hebron, & percussit cum eis  
Rex David fœdus in Hebron coram Domino: vnxe-  
runtq; David cum regnare cœpisset, & quadraginta  
annis regnavit.

Quinta. Samuel electus à Domino in Silo  
seruiebat Deo in templo crescens, & Dominus  
erat cum eo. 1. Reg 3. 1. 2. 3. 4. Puer autem Sa-  
muel ministrabat Domino coram Heli, & sermo Do-  
mini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio ma-  
nifesta; factum ergò in die quadam Heli iacebat in  
loco suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat vide-  
re lucernam Dei antequam exstingueretur. Samuel  
autem dormiebat in templo Domini ubi erat arca  
Dei. Et vocauit Dominus Samuel. Qui respon-  
dens ait: Ecce ego. Et cucurrit ad Heli, & dixit. Eco-  
ce ego, vocasti enim me. Qui dixit. Non vocavi: re-  
reuertere, & dormi. Et abiit, & dormiuit. Vers. 19.  
20. Creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo,



*& non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognouit vniversus Israël à Dan vsq<sup>3</sup> Bersabee, quod fidelis Samuel Propheta esset Domini.*

PROPHECIAE. Isai. 45. 15. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israël Saluator. Ibidem capit. 52. 14. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum.

VERITAS. LUC. 2. 15. Et descendit cum eis & venit Nazareth. Et erat subditus illis.



LIBER